

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

SS. Theodora Et Didymus MM. 28. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

virginitatis florem , quem à teneris intactum i-
tumulum etiam salvum intulit , precibus & je-
niis fovit, lacrimis rigavit, nec lecto, sed quæ tho-
ribus amica est , terrâ depositus , nec dubitavi
quandoque procacem servuli petulantiam ungu-
bus notare, itaque vel invitum verecundum face-
re. Nudis pedibus ad sacrata loca euntem multa
miracula comitata. Quid? quod domum redeun-
ti sub noctem comes è cælo delapsa MARIA ivit,
pontis urbisque portas reclusit. An dubitabimus
ergo Cœli januam viventi SITÆ tam propitiam
morienti patuisse? Ex Bzovio, 13. tom. Ann. Eccl.

Succincti lumbos mentis castam & sobriam vitam
in Dei timore ducamus, nec concupiscentiis carnis mea
principatus sui ollita consentiat. Brevia & caduu-
sunt terrenarum gaudia voluptatum , qua ad eternita-
tem vocatos à semitis vita conantur avertere. S. Leo
ser. 2. de Ann. Aff. suæ.

SS. THEODORA ET DIDYMUS
MM. 28. Aprilis.

FAbulam damus, dum vivimus, alias alio pul-
chriorem: pulcherrimam DIDYMVS & THEO-
DORA dederunt. Hęc dum parvulum tyrannum
morem fugit, in majorē alterum Maximinum Imp.
incidit. Jubetur aut fidem , aut virginem ponere.
Quid ageret? Martyr moreretur, non virgo? Vir-
go viveret, non Martyr? placuit virginis Martyrem
sociare. Abripitur in cellam infamem : sed primus
DIDYMVS irruit in militis personā vultum aman-
tis præferens: instruitur elegantissima scena: mu-
tantur vestes : sub milite evadit virgo: sub virgi-
ne miles deprehenditur. Sed nunquam magis illa
virgo, quam cum sic miles , nunquam magis iste

vii,

28. April. VITÆ SANCTORVM. 213
vir, quām cūm sic femina fuit. Dum enim hic ad
supplicium ducitur, adeſt illa, & litem ecce de
morte movet. Vadem ait ſe pudoris, non mortis
legiſſe; hanc vel fugā meruiſſe; eſſe certē in vir-
gine ferro locum, ſi injuriæ non fuerit; ſed nec
animos deeffe, quos cum armis ſumpſiſſet; de-
mum ſi THEODORA addicta ſit morti, THEODO-
RAM ſe eſſe; ſi DIDYMVS, etiam hunc induiſſe.
Contrā querebatur ille, ingratam benefactori præ-
mium invidere; arma ſe exuiſſe non militem, ſto-
lam induiſſe, non feminam; turpe fore viro ter-
gum vertere, ſi ſic mulier pugnaret; illi plus la-
ctis, ſibi plus ſanguinis natūram dediſſe; ſe deni-
que (ſive DIDYMVS jam eſſet, ſive THEODORA) ſe
ad mortem damnatum clamabat. Quid multis?
duo pugnarunt, & cernentibus cauſam lictoribus,
ambo vicerunt. Ex D. Ambr. l. 2. de Virg.

Virginitas fastigium eſt omniumque consummatio
virtutum: ad quam ſi quis enī potuerit, hunc ſervum
Dominus, hunc diſcipulum Magiſter agnoscet, hic ter-
ram triumphabit, hic erit conſimilis Deo, quia virtu-
tem Dei cepit. Lactant. l. 6. de vero cult.

S. PAPHNUTIUS M. 28. Aprilis.

PAPHNVTIUS Eremita, detectis à tutelari genio
gentilium infidiis, facto divino ſacrificio, ul-
tro in jus atque judicis conſpectum ambulavit.
Quem ſanguinarius canis tam fœdā verberum la-
nienā concerpſit, ut patefactis lateribus exta in
terrā effunderentur, quæ ſacer custos ſuis denuō
receptaculis abdidit, vulnerumque hiatus obſe-
pſit. Cūm in vinculis mirā luce micaret, XL. fe-
natores veritatis claritate præſtricti, unum ac
verum Numen ſunt profeffi, eamque ob cauſam
flam-